



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Præceps in suis actibus tam interioribus quam exterioribus periculo ruinæ
se exponit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

460 Prædicatorum pecca.

mortale in iure interpretanda sit ne laqueus multiplicatus contra animas censeatur.

Hinc etiam sit vniuersalis regula, quod in iis quæ sunt positiui iuris, si absque contemptu ac refutatione finis ex ignorantia pura, aut ex apparente sibi excusatione transgressio fiat ab eo qui animum habet nullo pacto consentiendo contra præceptum obligans ad mortale, non incurritur mortale peccatum: quando non est intentio piæ ac iustæ matris Ecclesiæ bonas huiusmodi animas illaqueare tam hostili vinculo. Et propterea talis apud Deum non incurrit excommunicationem: absolendum tamen ad cautelam crediderim ignorantem.

Præceps in suis actibus tam interioribus quam exterioribus periculo ruinae se exponit.

Præcipitatio (qua homo ad similitudinem præcipitationis localis secundum actus interioris animi præceps ruit) peccatum est consilio contrarium. Maturitas enim consilii gradatim procedit ex memoria præteritorum, intelligentia præsentium, auscultatione aliorum, circumspectione obuiantium, &c. præceps autem omissis huiusmodi statim concludit, deliberat, facit: & propterea peccat contra prudentiam. Quando autem mortaliter, & quando venialiter, ex materia discernitur. Si enim præcipitatio huiusmodi perniciosa est, utpote contra præcepta, mortalis est, si autem præter, venialis est: ut in aliis peccatis prudentiæ oppositis contingit.

Prædicatores in quibus communiter peccare dicantur.

Prædicatorum peccata peculiariter sunt sex. Primum est sine autoritate prædicare. Oportet enim

nim